Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

quedam alia de sepulturis que pertinent ad symoniam. ext. e. de symo. ff. Item pro compositione et ff. quere hec consequentia.

De homicidio
De torneamentis
De duello
De balistariis et sagittariis
De raptoribus predonibus et incendiariis
De furtis
De usuris
De negotiis secularibus et utrum de illicite acquisitis possit fieri elemosina.
De aleatoribus

In prima parte dictum est de quibusdam criminibus que principaliter in deum committuntur. in hac secunda parte de hiis que in proximum specialiter committuntur agendum est. et primo de homicidio. Videndum est quid sit homicidium et unde dicatur. que eius species. que pena homicide principaliter. et que dispensatio fiat erga clericum homicidam. Homicidium est hominis occisio ab homine facta. si enim a bove vel cane et huiusmodi non proprie dicitur homicidium. et dicitur homicidium ab homine et cedo cedis quasi hominis cedium. Species homicidii sunt plures. Nam aliud spirituale aliud corporale. Spirituale quo quis spiritualiter et quantum in eo est occidit, quod fit tribus modis. odiendo. detrahendo. male

In prima parte e. c. x. di. in homicidiorum. ibi dicitur quod detractio et odium homicidium est. omnis iniquitas et iniustitia et oppressio innocentum sanguinis est. et licet gladio non occidat voluntate tamen interficit. Solo putare ibi dicitur si furtivo mala providet accidit homicidium. ibi dicitur quod unique inest ad necandum sit in homicidium genere deputatur. Consilio. Pone quod aliqui custodientes latrones in exitu de consilio alicuius tractantur vel vitantur cum sit aliud latrones vel vicini moreretur. numquid sunt irregulares. Dico si ex tali tractatione vel visione vicinus moritur quod forte fiduciam haberet vel tumor apostema ex violentia moveretur et sic sufficienter cor ex timore influente vel consulebat causa irregularis est qui consulit et qui facit. nec dispensari potest per episcopum de peccato possunt absolvi a prelatis suis si sunt religiosi si vero seculares seculares. Salvo quod simplices sacerdotes de talibus absolvere non possunt cum talia reserventur ab episcopo. Si autem non vicinus moritur ex hoc et non incurrit irregularitatem sed sufficit penitere de peccato et mala intentione. Idem est dicendum quod si per consilium fiant per sortilegium vel auguria sicut quidam faciunt se tunc apponi ad caput morientis vel aliquid aliud fieri nolunt fieri ut vicinus moriatur. Sic dicunt quod sortilegia agentes... de pena de peccato. Quid de illo qui volenti fugere per timorem mortis consulit quod remaneret et ipse procuraret ei pacem cum illis qui volebant eum interficere et ille sic remanens interfectus est ab eis. Similiter irregularis est. Sed ille qui consulit sit viator probabilem causam credendi quod de hoc consilio non immineret periculum, putabat pacem vel diutinam treugam... quia querebant eum interficere vel ita propinqua amicitia consanguinitate vel familiaritate ei coniuncti erant quod multo potius presumere quod eos possint ab inferenda illa iniuria cohibere, non incurrit irregularitatem. Aliter incurrit, si non habet probabilem credulitatem sed fuit in culpa presumptionis temerarie et magis... sed fuit culpa vel negligentia que prius dictum est. quod dicitur quod aliquis sit homicida consilio intelligo de consilio exhortationis vel approbationis non de consilio simplicis opinionis seu opinationis. si enim alicui querenti ingenue an liceat tamen clerico vel laico

8 homicidio